



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Ad partis 4. Quæst. 88. Decisio CIX. Episcopus contra regulares privativè  
procedit, quando agitur in figura iudicii, & quando eorum delicta offendunt  
communem conversationem; quando vero Monachi ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

- de re communi cum Clericis, iudicium erat Ecclesiasticum. *Bartol. in d. l. praecipua*  
 21 maximè cum esset intentata actio hypothecaria, quæ est individua, quo casu senten-  
 tia non potest pro parte valere, & pro parte non. *Afflict. dec. 213. Put. dec. 315. m. 3. lib. 1.*  
 22 quod dicitur de præscriptione, non obstat, quia de nullitate dici potest usque ad 30  
 annos. *Aymon. conf. 108. n. 4.* præsertim iustante nullitatis evidentiâ. *Bald. de præscrip.*  
 23 *par. 4. quarta principal. q. 32. & ita conclusum. &c.*

Ad partis 4. Quæst. 88.

DECISIO CIX.

Episcopus contra regulares privativè procedit, quan-  
 do agitur in figura iudicii, & quando eorum delicta  
 offendunt communem conversationem;  
 quando vero Monachi delinquant contra regu-  
 lam, Abbas contra eos procedit.

Reverend. P. D. Orano,

Cæsaraugustana exemptionis.

Inter. 10.  
 Decis. 19.  
 par. 1.

Veneris 13. Novembris 1587.

SUMMARIUM.

- |  |   |
|--|---|
| 1 Episcopus habet jurisdictionem privativam contra regulares in criminalibus, quando proceditur in figura iudicii. | emptum, possunt ab Episcopo puniri  |
| 2 Episcopus fundat jurisdictionem suam in tota diocesi.  | 4 Monachi delinquentes, iudicio suo mulentur.                                 |
| 3 Monachi delinquentes extra locum ex-   | 5 Episcopi munita circa Monachos, quales sit.                                 |
|  | 6 Appellare non licet à sententia contra Regulares lata per viam poenitentia. |

7 Vi.

- 7 Visitatores corrigi faciunt Monachos per  
Abbatem loci. 10 Monachi in quibus tenentur potius  
obedire Episcopo quam Abbati.  
8 Minor Episcopo non potest agere causas  
criminales. 11 Monachorum delicta dupliciter consi-  
derantur.  
9 Judiciorum strepitum magis expedit co-  
ram Episcopo exerceri, quam coram  
Abbate. 12 Abbas potest Monachos excommunica-  
re respectu fori penitentialis, non au-  
tem respectu contentiosi.

Quemadmodum hanc sententiam tanquam communio-  
res magis receptam, DD. alijs amplexi sunt, quae vult, quod in criminalibus,  
quando in figura judicii proceditur, D. Archiep. in regulares privative ad Ab-  
batem vel Priorem fundatam habet intentionem. Ita etiam hodie super illius veri-  
tate particulari proposito dubio, eam tanquam verissimam concorditer multis moti  
juribus & rationibus sunt sequuti.

Primo quod indubiatum sit, Episcopum in tota sua diocesi super omnimoda  
jurisdictione tam contra regulares, quam seculares de jure fundare intentionem  
suam per text. in c. cum persona de privil. in 6. c. cum contingat, & ibi Doctores, de foro  
comp. c. i. de off. ord. c. omnes Basilea 16. q. 7. Firm. de Episcopo in 4. l. par. 2. q. 3. n. 80.  
Dec. in c. sua nobis 4. notabili de confirm. utili vel inutil.

Secundo, ratione text. c. i. de privil. in 6. qui habet, quod ubi Monachi exempti  
delinquant extra locum exemptum, possunt ab Ordinariis non obstante exemptione  
castigari, ergo si non fuerint exempti possunt, etiam delinquant in loco ex-  
cepto puniri.

Tertio ex dispositione c. i. 16. q. 2. ubi Abbates jus habent in Ecclesijs sibi sub-  
jectis instituendi, sed si Monachi ibi delinquant judicio synodi mulctantur, & felici-  
mucrone Episcopi sacerdotum piacula reserantur.

Quarto, doctrina text. c. i. 18. q. 2. ubi ad officium Episcopi spectat Monachos  
ad conversationem sanctam promoveri, Abbates, aliaque officia instituere, atque extra  
regulam acta corrigere: hinc enim arguere licet, in delictis contra regulam commissis  
Abbates cognoscere, aliorum vero extra regulam perpetratorum, quando ordine  
juris servato proceditur, cognitione & animadversionem Episcopis reservatam esse.

Quinto quia huic distinctioni consentit text. in c. reprehensibilis, juncto c. ad ne-  
stram de appell. in quibus habetur, quod Episc. judicialiter procedere debet ad prolatio-  
nem sententiae excommunicationis monitione praemissa, & quod eo casu condemna-  
to remedio appellationis subveniatur: sed quando de religiosi correctione contra re-  
gularem Praelati sui & Capituli disciplinam agitur, non licet appellare, quia tunc non  
proceditur secundum juris ordinem, sed per viam poenitentiae corrigendo. gl. d. c. ad  
nostram in verbo minus.

Sexto, quod eandem confirmat c. fin. de stat. Monach. ubi praecipitur visitatoribus  
ut Monachi delinquentes per loci Abbatem corrigi faciant, eisque juxta B. Benedicti  
M m z regu-

Regulam & Apostolicum institutum penitentiam salutarem injungant; hinc enim colligitur Abbates tantummodò contra Monachos procedere ad correctionem secundum regulam instituta, non autem in forma juris, quia aliàs si in figura judicialiceret illis procedere, Papa mandasset visitatoribus, ut curarent Monachos delinquentes puniri ab Abbatibus, juxta formam juris; quare etiam si text. addat (Apostolica instituta) ex hoc intelligi debent, quoad Apostolica instituta disposita super regula, & super modo correctionis, & penitentiam injungendam, non autem, quod absolute concedat Abbati jurisdictionem procedendi ordinariè secundum formam juris.

- 8 Quibus accedit ratio deducta per Innoc. in c. *quantò n. 2. de offic. ordin.* quod cum superior confirmaverit regulam, censetur Abbati dedisse facultatem faciendi ea, que in regula continentur, si autem in judicium est procedendum criminaliter, sub Episcopo fieri debet, quia minor Episcopo, causas criminales non agit.
- 9 Addebant etiam aliqui ex Dominis expediens magis esse judicium scripturam coram Episcopo exerceri, quam coram Abbate, *juxta c. Reg. 84. n. 35.*
- 10 Præterea consideratum fuit, quod quidem Monachi tenentur potius obedire Abbati, quam Episcopo in his, quæ concernunt fractionem voti, vel abstinentiæ, vel in silentio retinendo, & observatione regulæ, sed ubi agit de cura animarum ab Episcopo suscepta, vel de causis juxta ordinem juris tractandis, tunc debetur potius obedientia Episcopo. ita distinguit Card. in clem. 1. §. *quia verò, q. 8. n. 3. de stat. Monach. Brix. in verb. Monachus, vers. an Monachus debeat obedire.*
- 11 Nec præmissis visâ sunt repugnare jura in contrarium adducta. Et primo, *Nullam 17. q. 2.* dum inquit, quod tota potestas ad Abbatem pertinet, quia non potest excludi Episcopum, sed Monachos, ut ibi advertit *gloss. in verb. tota firmior text. in cap. Abbates eadem causâ & quest.* loquitur de obedientia, quæ nihil commune habet cum jurisdictione circa delictorum punitionem. Et dum subjicit, quod reus erit ille Abbas, qui non regulariter animadvertit, nihil obstat, quia si regulariter hoc est secundum regulam debet corrigere, supponitur, quod delictum sit de his, quæ regulam concernunt.
- 12 Ad reliqua patet responsio ex *conf. Egid. 5.* & hic per informantes pro Domino Archiepiscopo adductis. Nam delicta, vel considerari possunt, ut propria Monachorum, qui contra regulam, vel ut communia, quia scilicet offendunt eam communem conversationem. *Argument. l. militum, de re milit.* in delictis istius pertinentibus ad regulam, & instituta regularia, immediatus est iudex Prælati Regularis, & ita procedunt allegata jura pro Capitulo de Pilati, in reliquis verò communibus, non potest prohiberi Episcopus, quin servato juris ordine in delinquentes Regulares ad vindictam penam juris ordinariam animadvertat. *C. l. c. Monasteria 18. q. 2.*

Nec refragatur, quod Abbas possit excommunicare, C. cum ab Ecclesiarum, de offic. ord. cap. cum ex Ecclesiis de major. & obed. cum similibus, Excommunicatio autem sit fori contentiosi, Abbas in C. cum contingat, num. 30. de for. comp. quia non propterea sequitur, Abbatem contentiosam jurisdictionem in criminalibus exercere posse, Hostien. in C. transmissam prope fin. vers. & hoc quod confirmatur de elect. Nam & curatus potest excommunicare, & tamē jurisdictionē contentiosam non exercet, itaque hoc fit respectu tantum fori pœnitentialis, sicut etiam faciunt ceteri Prælati inferiores. Buir. in d. C. cum cum contingat, num. 13. vers. quidam sunt habentes, Abb. num. 29. vers. puto tamen, num. 33. vers. quarta conclusio. Relectant tamen Domini videndum, an hæc jurisdictio Episcopo privativè ad Abbatem competens procedat, quando per viam inquisitionis proceditur.

DECISIO CX.

De jurisdictione Episcopi in Monachos regulares delinquentes privativè quoad Abbatem vel Priorem.

R. P. D. Orano.

Inter recent-  
decis. 17. part. 2.

Cæsaraugustana exemptionis.

Luna 28. Martii 1588.

SUMMARIUM.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Episcopus de jure communi habet fundamentam intentionem privativè, quo ad Abbatem, & Priorem castigandi Monachos Regulares judicaverit, quando delinquent extra regulam, non solum per viam accusationis, sed etiam quando per viam inquisitionis proceditur. | 2. Monachi regulares non ab Episcopo, sed ab eorum Abbate corriguntur, & puniuntur, quando delinquent contra regulam, & aliàs eorum delicta extra regulam non essent delicta. |
|--|---|

Mmm 3

Relo-